



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Invste, Deo
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1650

§. 3. Cuius reo cognitio humiles efficiat?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-48689)

tendi. Si enim scapha scapha debet appellari, quo modo doctus se se habere potest pro indocto? pius pro impio? amicus Dei pro hoste Dei? aut quid vile in se se potuit Virgo Mater ad tantam dignitatem euecta reperi-
re? Peccatores sanè infinitas habent sese vi-
lipendendi caussas: iustus autem nonne
mentitur, cùm se se vocat peccatorem? do-
ctus, cùm se pro rudi habet? pius cùm im-
pium appellat? Quæ híc veritas? quæ diui-
ni iudicij humilitatem nostram exigentis
æquitas? Audiens sapiens sapientior erit.

Prouerb;
I. 50.

§. III.

Cuius rei cognitio humiles efficiat?

Igitur ad Christum, æquè verum Deum ac
verum veracemq; hominem, quod attinet;
verè is *humilis corde* fuit, nihil, quod non
effet, sibi excogitans, aut simulatoriè affin-
gens. Et sanè humilitas ex vilitatis suæ cog-
nitione oritur, quæ cognitio, quò maior
est, eò maior existit & humilitas. Itaque eti-
am Seruator noster, (non quòd in ipso ali-
quid fuerit vilius, quàm in vlla creatura,
sed quòd cognitio cuiuscumque exinan-
tionis, in eo, maioris caussa fuerit demissio-
nis) quò perfectius se ipsum, quà hominem
ex nihilo productum nouit, eò se sè demisit

II

pro-

498 Cap. XXIII. An, & cur se verè

profundiùs. Post eum, Sapientissima illius Mater, Dei suique cognitione ditissime iluminata, non superbiendi, sed quām demississimè humiliandi se se caussam sumpit. Alij post hanc Sancti, immò & plurimi viri eruditi, quò ferè maius lumen aut diuinum, aut naturale, eò & maiorem humilitatem habuerunt. Et non rarò hodie quoq; minimus quisque maximi se se, & maximus minimi facere consuevit. Hinc vel oraculo sapientissimi iudicati Socratis dictum est: *illud unum se scire, quod nihil sciatur;* & Christi sapiens Paulus *omnium peripsema, minimum*

i. Cor. 4. *Apostolorum, & qui non fit dignus vocari Apostolus,* se appellavit. Hinc profundissima
13.
i. Cor. 15. *Ephreæmi, Basilij, Gregorij, Augustini, Bernardi, D. Thomæ, aliorumq; humilitas.* Longè enim clariùs conspexerunt nihil sui ex quo creati prodierunt, vilitatem.

§. IV.

Christi, aliorumq; summa humilitas, ex summa Nihili sui agnitione.

In vita Leonardi Lessij edita à Thoma Courteis c. 13. §. 67.

Nimirum nascebatur ea virtus, ut de quodam humili non vulgariter docto viro legimus, ex sublimi scientia, non eà, qua caterorum prudens, ignorans sui, mentem inflat, sed ea, qua aliorum conscientia, & sui ipsius gnara amittit.